MISCELLANEUM
SACRUM ET PROFANUM,
Canonicum & Civile,

STUDIO ET OPERA

POMPEJI URSAYÆ ROMANI,

J. U. D. & in Romanæ Sapientiæ Archigymnaſio publici Juris Canonici Profeſſoris, in unum collectum, & ordine alphabetico per materias diſpoſitum:

INTER MULTA ALIA, ÆQUE' UTILIA,

Ac in praxi frequentia, complectens Reſolutiones omnes Sacrarum Congregationum, contentas in Diſceptationibus Eccleſiaſticis Advocati DOMINICI URSAYÆ ejus Patris, itaut deſervire congruè poſſit loco illarum Indicis Generalis.

Cui acceſſit Brevis Tractatio ejuſdem Advocati

DOMINICI URSAYÆ

De locis Montium, ſive de illorum Fructibus, liberè, & integraliter ſolvendis.

VENETIIS, MDCCXXVI.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

AD LECTOREM.

Mirum fortaſſe tibi videbitur, amice Lector, quòd ego, quarto ætatis luſtro vix dum confecto, primiſque annis, quibus ad Jus Civile me contuli, jam Libros audeam proferre; præſertim cùm edendorum Librorum conſilium, ut fuit præclarè dictum à quodam Viro doctiſſimo (*a*) tantum ferè temeritatis habeat, ut vix in hominem ſanæ mentis cadere poſſit. (a) *P. Segn. in Proem. Chriſtianum Quadrageſ.* Verumtamen, ubi conſilii mei cauſam, rationemque cognoveris, non ſolùm ipſe mirari deſines, ſed etiam, ut ſpero, tibi id, quod facio, probabitur. Inter legendum, relegendumque Urſayæ, Patris mei, Opera, in lucem edita, itemque aliquot ejuſdem Manuſcripta, ſtudii, delectationiſque meæ cauſa, excerpſi ſubinde, ac ſepoſui præcipua quæque clariſſimorum Virorum effata, ſententias præterea non paucas, & deciſiones rei canonicæ, civilique admodum utiles. Hoc porrò cùm ad uſum meum alphabeti ordine digeſſiſſem, tibi non ingratum omninò fore ſum arbitratus, ſi, quæ tanto cum labore diſpoſueram, ea, ſic diſpoſita, juris facerem tui. Mea, ſi me fefellit opinio, quæ doctorum hominum conſuetudo eſt, ignoſces ſcilicet; nam, quòd hos meos labores nemini nuncupavi, neque iis ullum ad obtrectatorum calumnias patrocinium quæſivi, feci id quidem præter morem, ab omnibus ferè Scriptoribus uſurpatum; ſed, ut ego arbitror, prudenter tamen; quippè cùm ingenii mei tenuitatem viderem, hos, quos dixi, labores meos non dignos ſatis putavi, qui magno cujuſpiam nomini inſcripti, prodirent in publicum. Cujus rei eò admonere te volui, ne fortè putes, hoc perinde factum à me, quaſi reſpexerim ad Scriptorem illum (*b*) qui, cùm premium ab eo, cui ſuum Opus dicaverat, nullum, contra quàm ſperaverat, accepiſſet, in altera editione ſcitè, prudenterque hominem ultus eſt, priſtina Epiſtola inter errata, quæ Typographis vulgò excidunt, ad calcem rejecta. (b) *Gratian. in Critic. p. 3. diſc. 6. ante finem.* Cæterùm potui ſanè longior eſſe, cum in aliis, inter ſe conſentientibus, authoritatibus congerendis, tum in explicanda re majori quadam prolixitate; ſed calamo temperavi ob hanc videlicet cauſam (*c*) ut Lectoris animum, ſi ſermo offendit, brevitas ad legendum provocet. (c) *Paulus in Vita S. Ambr.* Si tibi has ingenii mei qualeſcumque primitias non diſplicuiſſe ſentiam, progreſſu ætatis quodpiam aliud fortaſſe proferam. Vale.

MISCELLANEUM
SACRUM ET PROFANUM,
Canonicum & Civile.

A B

1 Abbas exemptus non poteſt ab Epiſcopo excommunicari ex ejus ordinaria authoritate, *Congreg. Epiſc. in Nullius Burgi S. Sepulchri 25. Februarii 1712. Ponente Card. Colloredo*, de qua in *tom. 2. p. 1. diſcept. 15.*

2 Abbati regulari, non habenti juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nec territorium ſeparatum, concedi non ſolet indultum conſecrandi Eccleſias, noviter ædificatas, *Congreg. Rit. in Pragen. prætenſi Indulti 31. Auguſti* 1715. de qua *in tom. 1. p. 1. diſcept. 10.*

3 Abbatia S. Eliæ Terræ Carbonis non eſt *Nullius*, nec habet territorium ſeparatum, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, *Cong. Conc. in Anglonen. 27. Novembris* 1714. de qua *in tom. 1. p. 1. diſcept. 9.*

4 Abbates Regulares infra annum à die eorum electionis tenentur Epiſcopalem benedictionem ſuſcipere; ex conſt. SS. D. N. Benedicti XIII. impreſſa in fine hujus literæ §. 1.

5 Abbatiæ Canonicorum Regularium SS. Salvatoris, an ex neceſſitate conferendæ ſint Nationalibus, ſed Oriundis, vide reſolutionem *Congr. Epiſc. in Forolivien. Abbatiæ 18. Aprilis 1708. Ponente Card. Colloredo*, de qua *in tom. 3. p. 2. diſcept. 16.*

6 Abſcondere: Culpæ genus eſt inutiliter abdita relinquere mortuorum, unde ſe vita poteſt ſuſtentare viventium, *Caſſiod. Var. lib. 4. epiſt. 34. circa fin.*

7 Abſentibus plus venerationis ineſt, *Dion.*

8 De Abſentibus majora credi, *Tacit. l. 2. Hiſtor.*

9 Abſolutio ad cautelam, excludit potiùs, quàm probet validitatem Cenſurarum, *Rot. Dec. 148. num. 11. part. 18. recent.*

10 Abſolutor facilè eſt alieni, conſcius ſui, *Caſſiod. Var. lib. 11. in præfat. ante med.*

11 Abſolvemus multos, ſi cœperimus ante judicare, quàm iraſci, *Senec. de Ira l. 3. cap. 29.*

12 Abſtinentia vitiorum melior eſt, quàm abſtinentia ciborum, *S. Bern.*

13 Abſtinentia jejunantis fiat refectio pauperis, *S. Leo Serm. 2. de Jejun.*

14 Abulenſis appellatur ſtupor Mundi, & qui ſcibile diſcutit omne, *à Doujat in prænot. canon. fol. 130.*

15 Accidit in puncto, quod non contingit in anno.

16 Accipe dum dolor eſt, nam poſtquam pœna receſſit,

17 Audebit Patiens dicere, multa dedi.

18 Acclamatio per adulationem: Vellem cum eis ſermocinari, qui, verbis iſtis lectis, vel auditis, acclamaverunt; tales non habent aures in corde, ſed cor in auribus, *S. Aug. cont. Lit. Petilian. c. 101. fol. 122.*

19 Accuſare: Sanctitatis Veſtræ animus non gravetur, nec ſe fallacibus verbis doleat accuſatum; multò enim major eſt opinio purgata, quàm, ſi deſinentibus querelis, non fuerit impetita, *Caſſiod. Var. l. 4. epiſt. 44. in fin.*

20 Accuſatio crimen deſiderat, hominem ut notet, argumento probet, & teſte confirmet, *Cicer. in Orat. pro Cœl.*

21 Accuſatio poteſt eſſe gravior injuria, non tantùm ex falſi impoſitione, ſed etiam ex reticentia veri, *Bayl. in Dict. hiſt. tom. 1. fol. 1466. in Vit. Adriani VI.*

22 Accuſatores eſſe in Civitate, utile eſt, ut metu contineatur audacia, *Cicer. pro Sext. Roſc. Amerin.*

23 Actus: A luogo nelle coſe naturali, non nelle civili la regola, eſſere indarno quella potenza, che non ſi riduce all'atto, *Pallavic. nell' Iſtor. del Conc. l. 14. c. 9. n. 5.*

24 Actus ineffectuatus non attenditur, *Rot. deciſ. 13. n. 34. apud Proſper. de Territ. ſeparat.*

25 ad Actus irretractabiles ne procedant Epiſcopi contra Subditos, inconſultis Sac. Congregat. ſolet aliquando reſcribi, ut practicavit in *Aquen. Exempt. Congreg. Conc. 9. Junii* 1714.

26 Adjuva alium re, alium fide, alium gratia, alium conſilio, alium præceptis ſalutaribus, *Senec. de Benef. l. 1. c. 2. in fin. & c. 3. in princ.*

27 Adminiſtratores locorum piorum cogi poſſunt ab Epiſcopis ad aſportandos Libros in eorum Palatiis, pro redditione rationis, *Monacell. in formular. tom. 1. tit. 1. formul. 14. num. 7.*

28 Adminiſtratoribus locorum piorum poteſt Epiſcopus revidere Computa, etiam quoad temporalia; ad quem effectum poteſt etiam demandare aſportationem Librorum in ædibus Epiſcopalibus, *Congr. Epiſc. in Narnien. 29. Jan.* 1701. 13. *Julii* 1715. *&* 28. *Martii* 1716. de qua *in tom. 5. p. 2. diſcept. 29.*

29 Admiratio: Videamus, ne iſta, quæ per admirationem parare volumus, ridicula, & odioſa fiant, *Senec. epiſt. 5.*

30 Admittere id, quod cavere poſes, ſtultum reputatur, *Incertus Author.*

31 Admonere: Quod me mones, ipſe facito: paululum ſaltem humani, ſi non chriſtiani pudoris aſſume, *S. Hieron. adv. Ruffin. l. 3.*

32 Admonitio: Dubitari de illo creditur, qui plurimis admonetur, *Caſſiod. Var. l. 8. epiſt. 18. in fin.*

33 Admonitio tædium facit, exprobatio odium, *Senec. de benef. l. 2. c. 11.*

34 non Admonitus facit quod vix rogatus impleret, *Caſſiod. l. 12. c. 21.*

35 Adoleſcens, etiam cum ſenuerit, non recedet à via ſua, *Prov. 22.*

36 Adoleſcens luxurioſus peccat, ſenex luxurioſus inſanit, *Senec. declam. l. 2. decl. 6.*

37 Adoptio: Arrogo, qui ſuus eſt, & habet meus eſſe neceſſe, Patris adopto ſuum, nec Patris deſinit eſſe.

38 Adſcititium capillitium permittendum non eſt Eccleſiaſticis Perſonis, *Cong. Conc. in Melphicten. 8. Auguſti* 1722. de qua *in tom. 4. p. 1. diſcept. 20.*

39 Adverſitas: In mundanis rebus frequenter naſcitur de adverſitate proſperitas, & homines, cùm lædere cupiunt, beneficia frequenter impertiunt, *Caſſiod. Var. l. 4. epiſt. 47. in fin.*

40 Adulare: Malo veris offendere, quàm placere adulando, *Senec. de clem. l. 2. c. 2.*

41 Adu-

MISCELLANEUM
SACRUM ET PROFANUM,
Canonicum & Civile,

STUDIO ET OPERA

POMPEJI URSAYÆ ROMANI,
J. U. D. in Urbe Advocati, & in Romanæ Sapientiæ Archigymnaſio publici Juris Profeſſoris, ordine alphabetico per materias diſpoſitum,

PARS SECUNDA;

INTER MULTA ALIA, ÆQUE UTILIA.
Ac in praxi frequentia, complectens Reſolutiones omnes Sacrarum Congregationum, contentas in Septimo & Octavo Tomis Diſceptationum Eccleſiaſticarum Advocati DOMINICI URSAYÆ, ejus Patris, itaut deſervire congruè poſſit loco Indicis Generalis dictorum Tomorum Septimi, & Octavi;

CUI ACCESSERUNT DUO INDICES GENERALES
Omnium octo Tomorum Diſceptationum Eccleſiaſticarum ejuſdem Advocati DOMINICI PATRIS, *Primus per Diœceſes, Secundus verò per Materias, necnon Poſitio integra in Cauſa Compoſtellana Matrimonii, unà cum multis Deciſionibus, nullibi impreſſis, ac ſæpiſſime citatis in octo Tomis Diſceptationum Eccleſiaſticarum prædicti* DOMINICI PATRIS.

VENETIIS, MDCCXXXIII.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

INDEX
OMNIUM DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM
Advocati Dominici Urſayæ, in octo Tomis contentarum, ordine alphabetico diſpoſitus.

A

ACernen. Vicarii Capitularis tom. 7. part. prima, Diſceptatio 10. fol. 55.
Agrigentina, ſeu Leocaten, Fructuum tom. 8. p. 2. Diſceptatio 17. fol. 273.
Albanen. Funerum, tom. 5. p. 1. d. 19. 88.
Albanen. prætenſi Matrimonii, tom. 6. p. 2. Diſcept. 1. fol. 145.
Albinganen. Juris patronatus tom. 7. part. 2. diſcept. 23. fol. 259.
Albinganen. Parochialis, tom. 7. part. 2. diſcept. 7. fol. 197.
Alexandrina Functionum Eccleſiaſticarum, tom. 8. p. 2. diſcept. 26. fol. 309.
Aliphana Curæ Animarum, tom. 6. p. 1. diſcept. 21. fol. 73.
Andrien. Aggremiationis, tom. 3. p. 1. diſcept. 16. pag. 70.
Anglonen. Cathedratici, & Quartæ Funeralis, & Decimarum, tom. 5. p. 1. d. 14. pag. 64.
Anglonen. Juriſdictionis, tom. 1. p. 1. diſcept. 9. pag. 43.
Anglonen. Iuriſdictionis, tom. 2. p. 1. diſcept. 5. pag. 27.
Anglonen. prætenſi ſpolii, tom. 6. p. 1. diſcept. 24. fol. 88.
Aquæ pendentis Immunitatis, tom. 8. p. 2. diſcept. 1. fol. 175.
Aquæ pendentis prætenſæ Penſionis, tom. 6. p. 2. diſcept. 39. fol. 368.
Aquilana Irregularitatis, tom. 1. p. 2. diſcept. 6. pag. 191.
Aquilana Matrimonii, tom. 1. p. 2. diſcept. 4. pag. 186.
Aquilana Nominationis Concionatoris, tom. 2. p. 2. diſcept. 20. pag. 251.
Aquilana, ſeu Nullius Iuriſdictionis, tom. 6. p. 2. diſcept. 9. fol. 293.
Ariminen. Matrimonii, tom. 4. p. 1. diſcept. 12. pag. 82.
Aſculana Regularum Convictricium Infantis Ieſu, tom. 1. p. 2. diſcept. 12. pag. 201.
Aſculana Pœnæ Triremium, tom. 1. p. 2. diſcept. 18. pag. 228.
Aſculana Vicarii Generalis, tom. 3. p. 2. d. 8. pag. 206.
Aſculana Sacris Functionibus, tom. 8. p. 1. diſcept. 32. fol. 129.
Aſculana Decretorum, tom. 3. p. 2. d. 25. pag. 29.
Aſculana Emphyteuſis, tom. 7. p. 2. diſcept. 11. fol. 210.
Aſculana Præeminentiarum, tom. 7. p. 1. diſcept. 11. fol. 58.
Aſculana Servitii Eccleſiæ, & Diſtributionum, tom. 8. p. 1. diſcept. 34. fol. 134.
Aſſiſien. Matrimonii, tom. 8. p. 1. diſcept. 21. fol. 98.
Avenionen. Matrimonii, tom. 2. p. 1. diſcept. 12. pag. 70.
Avenionen. Penſionis, tom. 5. p. 2. diſcept. 19. 184.
Averſana, ſeu Caſertana Ordinationis, tom. 8. p. 2. diſcept. 31. fol. 339.
Auguſtana, ſeu Nullius Electionis, tom. 5. p. 2. diſcept. 12. 153.
Auximana Permutationis Bonorum, tom. 6. p. 1. diſcept. 25. fol. 93.

B

BAlneoregien. Reſtitutionis Dotis, tom. 7. p. 1. diſcept. 13. fol. 63.
Bambergen. Canonicatus, tom. 6. part. 2. diſcept. 47. fol. 402.
Bambargen. Remiſſionis Cauſæ, tom. 6. p. 1. diſcept. 33. fol. 142.
Baren. prætenſi Matrimonii, tom. 3. p. 2. diſcept. 9. pag. 210.
Benevantana Sponſalium, tom. 3. part. 2. diſcept. 19. pag. 266.
Biſinianen. Celebrationis Feſtivitatis, & Orationis panegyris, tom. 2. p. 1. diſcept. 22. pag. 110.
Biſontina Reſtitutionis in integrum, tom. 1. p. 1. diſc. 1. pag. 1.
Bituntina Serenatum, tom. 5. p. 2. d. 1. 30.
Bononien. Avocationis Cauſarum, tom. 6. p. 2. diſcept. 3. fol. 260.
Bononien. Legati Miſſarum, tom. 3. p. 2. diſcept. 18. pag. 264.
Bononien. ſeu Ferrarien. Iuriſdictionis, tom. 4. p. 2. diſcept. 21. pag. 209.
Bononien. Viſitationis, tom. 5. p. 2. diſcept. 27. 222.
Bracaren. prætenſæ Exemptionis, tom. 7. p. 2. diſcept. 18. fol. 235.
Braſilien. Reformationis inter Carmelitas, tom. 2. p. 2. diſcept. 1. pag. 177.
Braſilien. ſeu Ordinis Carmelitarum Tranſitus, tom. 4. p. 2. diſcept. 26. pag. 222.
Brictinorien. Quartæ funeralium, ac Iuris deferendi Stolam, tom. 2. p. 1. diſcept. 8. pag. 51.
Brictinorien. Exemptionis, & Eleemoſynarum, tom. 7. p. 1. diſcept. 8. fol. 38.
Brugnaten. prætenſæ Collegialitatis, tom. 6. p. 1. diſcept. 26. fol. 98.
Brundulina Proceſſionis, tom. 5. p. 2. diſcept. 20. 186.
Burgi S. Sepulchri Indulti, tom. 3. part. 2. diſcept. 3. pag. 184.
Burgi S. Sepulchri Prothonotariatus, tom. 5. part. 1. diſcept. 1. 1.

C

CÆſenaten. Erectionis Archipresbyteratus, tom. 5. p. 2. diſcept. 11. fol. 151.
Cæſenaten. prætenſæ Erectionis Archipresbyteratus, tom. 5. p. 1. diſcept. 18. fol. 79.
Cæſenaten. Unionis, tom. 6. p. 2. diſcept. 12. fol. 198.
Calaritana Cenſurarum, tom. 4. part. 1. diſcept. 8. pag. 72.
Camerinen. Præeminentiarum, tom. 1. p. 2. diſcept. 26. pag. 255.
Camerinen. Canonicatus, tom. 6. part. 1. diſcept. 14. fol. 53.
Camerinen. Feneſtrarum, tom. 2. part. 2. diſcept. 6. pag. 201.
Camerinen. Sepulturæ, tom. 7. part. 2. diſcept. 3. fol. 178.
Camerinen. Sponſalium, tom. 8. part. 1. diſcept. 3. fol. 15.
Camerinen. Sponſalium, tom. 8. part. 2. diſcept. 21. fol. 288.
Capuana Iuriſpatronatus, tom. 8. part. 1. diſcept. 18. fol. 89.
Caſalen. Educationis Filiorum, tom. 4. p. 1. diſcept. 15. pag. 88.
Caſertana Servitii Chori, tom. 6. part. 2. diſcept. 17. fol. 230.

MISCELLANEUM
SACRUM ET PROFANUM,
Canonicum, & Civile,

PARS SECUNDA.

A B

1 Abbas, non habens Territorium ſeparatum, quando poſſit conſecrare Altaria, Calices, & Patenas *tom. 8. p. 1. d. 41.*

2 Abbates Commendatarii nullam habent Juriſdictionem in concernentibus regularia Inſtituta, *tom. 7. p. 2. d. 30.*

3 Abbatiſſarum Monaſterii, ſubjecti Regularibus, in electione, intervenire non poteſt Notarius Curiæ Epiſcopalis, *tom. 7. p. 1. d. 12.*

4 Abbreviator de Parco majori, antiquis temporibus poterat eſſe uxoratus, ut de Honuphrio Camajano teſtatur *Rot. deciſ. 1740. n. 42. coram Coccin.* duplata in *part. 5. recent. deciſ. 201. n. 5.* Et patet ex inſcriptione, exiſtente in ejus Tumulo in Eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam per extenſum regiſtrata à *Ciampin. de Abbreviat. fol. 20.*

5 Abellini Epiſcopus quam habeat Juriſdictionem in Oppido Hoſpitali *tom. 8. p. 2. d. 4.*

6 Abuſus. Conducens aliquod officium cum Uſibus, & Abuſibus, non poteſt iſtos continuare, *ſch. de offic. Locumten. cap. 5. num. 7. fol. 9.*

7 Accidere cuivis poteſt id, quod alicui accidit, *Card. Bon. in Manud. ad Cel. cap. cap. 3.*

8 Accidere. Decernuntur aliqua, non accidunt, *Senec. epiſt. 97. ad Lucill.*

9 Accidere nihil poteſt, nihil evenire, niſi quod ab omni æternitate actum fuerit eſſe futurum, rato tempore, *Cicer. lib. 2. de Divin.* ſequutus à *Jov. de ſolemnit. Minor gloſſ. 2. §. 1. n. 49.*

10 Accidere. Quidquid tibi accidit, ab æterno deſtinatum eſt *Card. Bon. in Manud. ad cel. cap. 16. §. 3.*

11 Accordo. L'intelletto humano è pronto à dar ſentenza contro à chi riſiuta un oneſto Accordo, *Card. Pallavicin nell'Iſtor. del Conc. lib. 21. cap. 8. in fin.*

12 Acta. Hodie de manu Herculis potiùs Clava eriperetur, quàm à Scribis, & Phariſæis Acta ſine pretio, *Sperell. deciſ. 156. n. 27.*

13 De Adulterio naſci non eſt culpa naſcentis, ſed Generantis *can. Naſci diſt. 56.*

14 Ab Adverſario veritatem audire ſemper ſtudeas, *Card. Bon. in Manud. ad Cœl. cap. 30. §. 6.*

15 Advocationis Munus peſſimam occupationem, quam dedit Deus Filiis Hominum vocat *Card. de Luc. in Relat. Roman. Cur. diſc. 46. n. 134.* Ipſe verò eam optimam expertus fuit, dum illa mediante erectus fuit ad Purpuram ab Innoc. XI. die prima Septembris 1681. Obiitque in urbe die 5. Februarii 1683.

16 Advocatus pro veritate loqui debet, & non contra conſcientiam, *Card. de Luc. in Addit. ad diſc. 64. de Juriſd.* ubi quod hodie aliqui, non ad veritatem, & juſtitiam, ſed ad adulationem ſcribunt, quodque dicendi potiùs veniunt *Stipendiarii Milites* in literaria politica Militia, factionario more, illorum Duci, pro illis ſcribentes Poteſtate, quam ſequuntur, vel à qua præmia ſperant, quo nihil abſurdius.

17 Advocatus captivare debet proprium ingenium ſententiis Judicum, quia potentiora Lumina Divini Spiritus aſſiſtunt Judicibus, & Tribunalibus, quibus proinde, tanquam à Deo conſtitutis, proprium ingenium captivare neceſſarium, & rationabile eſt *Anſald. in Addit. ad deciſ. 15. n. 10. in fin.*

18 Advocato regulariter veritas non celatur per Clientes, *Rot. deciſ. 150. n 18. p. 19. recent.* ubi ſequitur *Joann. Maticenz. de Reſtrendatior. Advocatur. & Judic. Offic. Requiſit. Dignitat. & Emin.* Francofurti impreſſo Anno 1618. *p. 1. cap. 7. n. 1.*

19 Inter Advocatum, & Clientem non dicitur verus Contractus Locationis *leg. 1. ubi Gloſſ. verb. Honorarium ff. ſi Menſ. falſ. diſer. & Rot. coram Ubald. deciſ. 478. n. 4.*

20 Advocati debent recognoſcere ex ſe ipſis Libros, circa quos adeſt controverſia, ut, ſequendo *Bartol. in leg. Patronus à nu. 4. Cod. Commun. utriuſque Judic.* fecit *Anſaldus* qui id teſtatur in *diſc. 50. de Commerc. & Mercat. ſub num. 28.*

21 Advocati illi, qui ſolent ſe commendare Procuratoribus, ad hoc, ut dent illis Cauſas ad defendendum, perbellè à *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc. 46. n. 126. in fin.* dicuntur de *Ordine Mendicantium.*

22 Advocati multi quando in aliqua Cauſa ſcribunt, & ex illorum Scripturis unus componit Reſtrictum, quem *Card. de Luc. in Relat. Roman. Cur. diſc. 46. n. 46.* ſequutus *tom. 6. part. 2. diſcept. 43. num. 28.* vocat *Salciccia*, quilibet ex illis poteſt ſuo nomine Reſtrictum ſibi attribuere, & imprimere, ac ſi eſſet propria Scriptura; Non enim in iſtis terminis conſideratur quis Reſtrictum extendit, ſeu compoſuit, ſed qui propriam operam contulerunt ad illius compoſitionem, ut recognoſci poteſt ex Conſiliis *Spadæ*, nec non *Allegationibus Rodulphini* ex Reſtrictibus, impreſſis apud *Card. de Luc. de Offic. vacab.* & aliis ſimilibus; Ad differentiam alterius caſus, quando ſcilicet unus tantùm Advocatus componit aliquam Scripturam; Alii verò, vel Prælati, vel Advocati, requiſiti pro illius Approbatione, eidem Scripturæ ſe ſubſcribunt, juxta ea, quæ recognoſci poſſunt ſupra *lit. N. §. unic.* nec non apud *Piton. diſcept. eccl. tom. 1. fol. 227.* apud *Card. de Albic. de Inconſt. in Judic. poſt deciſ. 63.* apud *Carazzan. de Augum. Monet. ort.*